Pleurothallis trachystoma Schltr., nov. spec.

Epiphytica, parvula, usque ad 4,5 cm alta; rhizomate valde abbreviato: radicibus filiformibus, fexuosis, glabris; caulibus gracilibus, vaginis 3—4 arcte amplectentibus, costis et ostio ampliato ovato acuminato minute muriculato-asperatis omnino obtectis; folio erecto ovali, apiculato, basi perbreviter petiolato, coriaceo petiolo incluso 2—2,5 cm longo, medio fere 1,3—1,5 cm lato; inflorescentia ut videtur singula, folio 2—3-plo-breviore, erecta, vulgo laxe biflora, pedunculo paucivaginulato petiolum vulgo haud excedente; bracteis cucullato-ovatis, apiculatis, ovarii pedicellum vix aequantibus; floribus illis *P. brevis* Schltr. similibus, tamen ut videtur pallidis, glabris; sepalis, oblongis, subacutis, uninerviis, 3 mm longis, lateralibus oblique, ima basi tantum connatis; petalis anguste et oblique ligulatis, uninerviis vix 1,5 mm longis; labello linguiformi obtusiusculo, apicem versus paululo dilatato, 3-nervio, petalis fere aequilongo; columna petalis paulo breviore, apicem versus paulo dilatata, apice latere utrinque unidentata; ovario cum pedicello glabro c. 2,5 mm longo.

Costa Rica: Bois à San Pedro de San Ramon, alt. 950 m — A. M. Brenes no. 40, VI. 1921.

Die Art gehört in die Verwandtschaft von *P. brevis* Schltr., also ebenfalls zu den „*Lepanthiformes*". Äußerlich ähnelt sie ihr sehr, doch ist sie gut unterschieden durch die lockeren, nur 1—2blütigen Infloreszenzen, die offenbar blassen, ganz kahlen Blüten und die schmalen Petalen.